adusa humane pravitatis. R. Post passionem
Sed eis adveniente spiritu cum agnito l. ii.
divine agnitionis data est: etiam constantia
invincende humane predicationis. Unde
illis dominica promissione nunc dicitur: Cum venerit
paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum
veritatis qui a patre procedit ille testimonium
perhibebit de me. R. Omnis pulchritudo l. iii.
Notandum autem est in primis quod dominus spiritum ve
ritatis et a se mittendum esse testatur et eundem
mox a patre procedere subiungit. non quia idem
spiritus aliter a patre procedit quam a filio mittitur
aut alio tempore a patre procedit quam cum a
filio mittitur. sed ideo filius eum a se mitti et a
patre dicit procedere ut aliam patris aliam esse
suam personam designet: aut in eadem
distinctione personarum unam esse operationem
ac voluntatem suam cum patris voluntate
et operatione demonstret. R. Exaltare. Cap.
Estote prudentes et vigilate in orationibus;
ante omnia autem mutuam in vobismetipsis
caritatem continuam habentes quia caritas
operit multitudinem peccatorum. V. Ascendit deus
in iubilatione.
In evang. Illi autem profecti predicaverunt ubique domino coo
perante et sermonem confirmante sequentibus signis alleluia
Omnipotens deus fac nos tibi et devo Coll. alleluia. al[leluia]
tam semper gerere voluntatem et maiesta
ti tue sincero corde servire. Per. Ad iii.

[...]uistorum propitius suscipe supplicum preces ut anim[...]
promissiones tuas sitiunt de tua abundantia
Facta est p[er]fintio [?] seculorum. Coll. Ad vi. Repleam[ur]
in christo ihesu domino nostro. in quo habemus fiduciam
et accessum in confidentia per fidem eius. Coll.
Da quesumus omnipotens deus illuc subsequi tuorum membra
fidelium quo caput nostrum principiumque precessit. he[...]
Deus qui dives est in misericordia propter nimiam Ad [...]
caritatem suam qua dilexit nos cum essem[us]
mortui peccatis convivificavit nos christo. cu[ius]
gratia estis salvati. Deus cuius filius in alta celo[rum]
Estote imitatores dei sicut filii karissimi. Ad ves[peras]
et ambulate in dilectione sicut et christus dilexit
nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem
et hostiam deo in odorem suavitatis. Coll.
Deus qui nos resurrectionis dominice et ascensionis
eius letabunda sollempnia celebrare fecisti
da famulis tuis ut advenientis spiritus sancti gratia
purificatis mentibus suscipere mereamur. Per. Fer. ii.
Petrus apostolus ihesu christi electis advenis dispersio
nis ponti galatie capadocie asie et bithinie
secundum prescientiam dei patris in sanctificatione sp[iritus]
in obedientiam et aspersionem sanguinis ihesu christi
gratia vobis et pax multiplicetur. R. Non turbetur
Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi l. i.
qui secundum suam misericordiam magnam regenera
vit nos in spem vive per resurrectionem ihesu christi
ex mortuis. in hereditatem incorruptibilem
et incontaminatam et immarcescibilem conser
vatam in celis in vobis qui in virtute dei custo[dimini]